

bantur, incōprehensibilem quidem patris causam esse perpetuitatis ipsorū. Comprehensibilē uero eius, generationis illorum & formationis esse rationem. Hac enim dispositione illud opinor insinuatur experiri deum non adprehendī, siquidem inadprehensibile eius perpetuitatis est causa. Adprehensibilem autē nō perpetuitatis, sed natiuitatis & formationis egentīū perpetuitatis. Filiū autem constituūt adprehensibilem patris, quomodo tamē adprehendatur, tū prolatus CHRISTVS edocuit: spiritus uero sancti propria unde doctrinæ studio omnes peræquati, gratiarū actionē prosequi nossēt, & uerā inducerentur quietē. Itaq; omnes forma & sciētia peræquātur, facti omnes quod unusquisq; nemo aliud, q̄a alteri omnes refundūtur in Nun, omnes in Homines, in Philetos, Et quæ scēminæ in Sicas, in Zoas, in Ecclesiis, in fortunatas, ut Ouidius metamorphoseis suas deleuisset, si hodie maiorem cognouisset. Exinde refecti sunt, & constabiliti sunt, & in requiem ex ueritate cōpositi, magno cū gaudij fructu hymnis patrē cōcinūt. Diffundebatur & ipse lætitia, & utiq; bene cantantibus filiis nepotibus. Quidni diffunderetur omni iocunditate Pleromate liberato? Quis nauderus non etiā cū dedecore lætatur? Videm⁹ quotidie nauticorū lasciuas gaudiorū. Itaq; ut nautæ ad symbolā semper exultāt, tale aliquid & Acones unū iā omnes etiā forma, nedū sententia, cōuenientibus ipsis quoq; fratribus & magistris CHRISTO & spiritu, quod optimū atq; pulcherrimū unusquisq; florebat, cōferūt in mediū. Vane opinor. Si enim unū erant omnes ex supradicta peræquatione uacabat symbolæ ratio, quæ fermē ex uarietatis gratia constat. Vnū omnes bonū cōferebāt, quod omnes erāt. De modo forsitan fuerit ratio, aut de forma ipsius iā peræquationis. Igit̄ ex ære collocatio (quod aiūt) in honorem & gloriā patris, pulcherrimū Pleromatis sydus fructūq; perfectum cōpingunt. Ieiuniū eū cognominant Soterē, & CHRISTVM, & Sermonem de patruitis, & omnia iam ut ex omniū defloratione constructum graculū Aesopi, Pandorā Hesiodi, Acci Patinā, Nestoris cocetū, Miscellaniam Ptolemæi. Quā propius fuit, de aliquibus hostias curis pancapipannirapiā uocari, à tā ociosis autoribus nominū. Vt aut̄ tantū sigillariū extrinsecus quoq; inornassent, satellites ei angelos proferunt. Par genus, si inter se potest fieri. Si uero Soteri constantiuos (ambigue enim positū inueni) quæ erit eminētia eius inter satellites cōæquales? Cōtinet hic igitur ordo primā professionem, pariter & nascentiū & nubentiū & generatiū æonū Sophiæ ex desiderio patris, periculosissimū casum mori oportunissimū, auxiliū Enthymeseos, & cōiūctæ passiōis expiatū CHRISTO, & spiritus sancti pædagogatū, æonū tutelare reformatū, Soteris pauoninū ornatum, Angelorum cōparaticium antistatum, quod superest inquis, uos ualete & plaudite. Imò quod superest, inquā, uos audite & proicite. Cæterum hæc intra cœtum pleromatis decucurrisse dicuntur. Prima tragediæ scena. Alia autem transi pariū cothurnatio est, extra pleroma dico, & tamē exit⁹ sub sinu patris intra ambitum

Ouidius.

Collato uel collatio.

Als Quin propius.

Locus hic est mire deprauatus.

Fort. l. pancapiā & panrapiā quod omnia capiat omniāq; rapiat de prioribus ipse diuinabis. nam mihi diu cogitanti nihil in mentē uenit quod ad modum quadret.

ADV.
ambitum H
Enthymesis
perabili n
nis aliena
stabilis, eti
& abortiua
stvs dedu
lus substan
linguitur: it
nam deside
cū societate
ibus quoq;
aliquæ que
CHRISTV
& ipsa lum
operatum,
tant, & fo
prosere u
rit in eam I
in scripturi
em, id est
tura ut pas
eius cœpte
ur luce, ita
eius. Illa e
alio fluctu
ipsam cor
Scioci, Pla
stantiam
Trimegij
sionem, g
constitisse
timorem.
rum natu
enymaru
dices, &
phurates
occidit, &
soluerit q
in cistern
sternatio